Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26658
Copyright: Admont, Benediktinerstift

plantata se rivos aquarum fructificabit.
Quasi libanus odore suavitatis habebit
florebit florem qui lilium dabit odorem et frode-
bit in gratiam et collaudabit canticum et benedicet
dominum in operibus suis Date nobis eius magnifi-
centiam et gloriam illi in voce labiorum vestrorum
In citharis labiorum et cytharis et sic dicetis
in confessione opera domini omnia bona valde Aliud
Gaudens gaudebo in domino et exulta-
bit anima mea in deo meo Quia in-
duit me vestimento salutis et indu-
mento letitie circumdedit me Quasi sponsum
decoratum corona et quasi sponsam ornatam
in monilibus suis Sicut enim terra profert
germen suum et sicut ortus semen suum germi-
nat sic dominus deus germinabit iustitiam et laudem
coram omnibus gentibus Gloria Aliud.
Non vocaberis ultra derelicta et
terra tua non vocabitur amplius
desolata Sed vocaberis voluntas
mea in ea et terra tua inhabitabitur.
Quia complacuit domino in te et terra tua
inhabitabitur Habitabit enim cum homine tu-
o virgine et habitabunt in te filii tui Et
gaudebit sponsus super te sicut sponsa et gaudebit
super te deus tuus Gloria patri et filio
Sicut erat in principio et nunc et semper